

Red

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii direttore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

37

MONVMENTVM SVPREMVM
MEMORIAE
THEOLOGI
PIETATE PARITER ATQVE DOCTRINA
ADMODVM INSIGNIS
VIRI
SVMMÆ REVERENDI AMPLISSIMIQVE
IOANNIS ANASTASII
FREYLINGHAVSEN

AD D. VLRICI PASTORIS DIV MERITISSIMI
GYMNASII SCHOLARCHÆ SPECTATISSIMI
DIRECTORIS PAEDAGOGII REG. ET ORPHANOTR. GLAVCHENSIS
GRAVISSIMI FIDELISSIMIQVE

QVVM
XIII CALEND. MART. c̄b 15 CC XXXVIII
FVNVS BEATI VIRI
CHRISTIANO RITV
DVCRETVR

CONSECRATVM
AB
INSPECTORIBVS PRAECEPTORIBVS ET ALVMNIS
SCHOLAE LATINAE ORPHANOTROPHEL

HALAE MAGDEBVRGICAE

LITTERIS IOANNIS IVSTINI GEBAVERI ACADEMIAE TYPOGR.

Av

MONUMENTUM EPICURAEUM
MEMORABILIS

THEOLOGICAE

THEOLOGICAE PARS PRIMA DE DOCTRINA
APRILIS

ICAZIAE APOSTOLICA

THEOLOGICAE

DE DOCTRINA EPICURAEUM

CONSTITUTIONE

DE DOCTRINA EPICURAEUM

THEOLOGICAE

EPICURAEUM

CONSTITUTIONE

CONSTITUTIONE

INSTITUTIONES THEOLOGICAE

CONSTITUTIONE

CONSTITUTIONE

INSTITUTIONES THEOLOGICAE





Heu succumbit multo venerandus honore
Director, nostrae quanta columna scholae!
Palleſco referens, et mens stupefacta dolore
Inſigni ingeminat: Noſtra corona cadit!
Succumbit, patrio qui nos dilexit amore,
Succumbit, noſter qui Palinurus erat!
Turbatur vario luctu mea Muſa querelis
Immiſcens gemitus ruptaque verba ſonans:
Quam vellem caeli ſi ſic Moderator et orbis
Iuſſerit, ipſe TVI fata ſubire loco!
Sed non ſic viſum Iouae, qui cuncta gubernat,
In cuius placitis figere vota decet.
Quas autem referam TIBI grates vsque colende
Quaeſo Director, munera quaeque feram!
Inſigam cordi nomen, benefacta, nec vllum,
Quo cedas memori pectore, tempus erit

IACOBVS GOTTOFR. BOETTICHER.

Ἐπίβαλλε τὴν διάνοιαν

Ὁδοιπόρε

Μημέριον

Ἡ μεγάλη καὶ μακαρὶς Θεολόγος
ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ FREYLINGHAVSEN

Οὗτος ἦν ἀγιός

ἐν ταῖς γραφαῖς δυνατός καὶ εὐσεβής

τῶν τῷ Θεῷ μυστηρίων

εἰκονήσας πολλῶν ἐτῶν πιστὸς
γέμων τὴν ἐκκλησίαν οἶκον Θεοῦ

βραύσει μὴ ἀπολλυμένη

ἀλλὰ μανάσῃ εἰς ζωὴν αἰώνιον

ὡς διδάκτορ τῷ Θεῷ

ἐδίδαξεν ἄλλους τὸν Θεόν

Πολλῶν διδασκῶν τετυχηκώς

ἘΝ οἷδε μόνον

ΙΗΣΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΝ ΕΣΤΑΤΡΩΜΕΝΟΝ

Ὁ τῆς ἀληθείας λόγος

λαληθεὶς καὶ γραφείς

πίσιν παρέχε τῆς εὐσεβείας αὐτῷ

Ἐυσέβεια

Ἐπιγνώσεως ἀληθείης καὶ σωτηρίας αὐτῷ

μαρτύριον ἔδωκεν

Ὁ Χριστὸς

ἐν τῷ διδάσκειν καὶ ἐν τῷ ζῆν

ἐγένετο μόνος σκοπὸς

Τέλος ἔν

τὸν ῥεζόμενον τετελεκότι

νῦν

ἀπὸ τῆς δικαίας κριτῆ

ἀπεδότι

βραβείον προτεθειμένον

ὁ τῆς δικαιοσύνης ΣΤΕΦΑΝΟΣ.

IOANNES CHRISTIANVS
STEINERSDORFF.

Eheu !

Exiit

Magni nominis Theologus meritisque praeclarus
IOANNES ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN
Ad Diu. Viric. Aedem Pastor, Gymnaf. Scholarch.
Paedag. Reg. et Orphanotrophei Glauch.
Director.

Monumenta, hoc ipso, quod vides, longe praestantiora
testantur,

Eum de genuinis Doctoribus,
quorum exiguus in ecclesia est numerus,
fuisse Vnum.

TANTVS VIR,
DOCTOR

Ἀπλότῆτος Θεοῦ καὶ εὐλαβερός

מלאכה את-רבה יורה

Ecclesiam, Scholam, Orphanotropeum
reliquit.

Lugete ergo omnes,
quotquot videtis monumentum

VIRI PIE DOCTI.

Quorum vero ille?

Abiit in patriam caelestem,

Vbi

accepta de manu iusti iudicis corona
tot inter angelos beatosque viuere incipit
postquam inter mortales viuere desit.

Quid ergo?

Lugeamus?

Non sane propterea.

Id faciamus

Vt exemplo VIRI BEATI

Quotidie mori discamus

Quo vitam, vt ille, inchoemus

Quando morti occumbimus.

IOH. ZACH, KIERNANDER.



Infestorem non facile hoc diem
Sol vidit; vdae non querimoniae
Fecundiorē; non misellis
Christicolis truculentiorē;

Non ciuitati, vix reparabile
Damnū gementi, non Academiae,
Non coniugis, non liberorum
Luminibus lacrimosiorē;

Non atriorē iam trepidantibus
Nostris Patre orbis coetibus in scholis!
Nunc vnus omnes luctus, omnes
Cura graui premit vna mortu,

TE nullus vnquam flebilior, SENEX
BEATE, nobis occidit omnibus,
TVO recordamur nec vnquam
Fumus acerbius extulisse,

Per lacrimantes vsque necessitas
Morata lēti corripit heu! gradum,
Et anxium pectus tuorum
Fulmine dissecuit minaci,

Ad vulnus herbas immedicabile
Quis hortus aptas quaeſo quis educat?
Vnguenta rarum quod fructum
Fallere nescia pullulabit?

Tot ergo frustra TE reuocant preces?
Non vota amoris, non pietas TVVM
Iter retardant laureatos
Ad famulos operum solutos?

Myfteriorum ſcire viam nefas!
Iniurioſe differimus queri.
Victoriarum inter triumphī et
Gaudia diffugiunt querelae.

Caeli videmus per radiantia
Flammante curru TE, PATER, agmina
Vestum coronatumque lauro,
Osque humerosque niui nitentem

Certante amictu, aeternaque praemia
Largis reportantem e manibus DEI,
Nutrita quae, quae roborata
Sanguine non pereunte Christi

Virtus et albae vis fidei TVAE
TIBI creauit. Nam sine gloria
Non militasti et nunc piorum
Concilio infereris beato,

Emancipatus miles, et omnium
Fastidiosus praetereuntium
Tumultuosi gaudiorum
Orbis, adeptus amoeniora.

Non indecoro puluere splendido,
DEFUNCTE bello fortiter, hic TIBI
Dulcem elaborabit quietem,
Quod dabitur sine fine, nectar.

O quam lucrosum est morte TVA mori!
Sequemur omnes. Ibimus, ibimus,
Summo Imperatore euocante,
Carpere amabile iter parati.

FELICIBVS DIRECTORIS SVI, NVMQVAM
INTERMORITVRI, MANIBVS HOC AMO-
RIS ET LVCTVS MONVMENTVM NVNCY-
PABANT

PRAECEPTORES
SCHOLAE LATINAE ORPHANOTR.

Occidis? o nostrae quondam tutela iuuentae!
 Occidis? o nostrae causa decusque scholae!
 Occidis. heu! quantum venit hoc ex vulnere vulnus!
 Vulnera vulneribus sunt noua facta TVIS.
 Sterneris, haud vnus; quid? eodem sternimur ictu,
 Fulmine fit facies faucia nostra TVO.
 Succumbis; nostrae rexisti vela carinae:
 Naufragio fient naufraga vela TVO!
 Pierides plorate ducem, lugete Parentem,
 Plangite, vester amor contumelatur humo.
 Indue funereas pullato firmate vestes,
 Glaucha, tuum flebis, Fridriciana, decus.
 Fas erit: ante alios TE, VIR REVERENDE, dolemus,
 Nos gemimus madidis ad TVA busta genis.
 Et merito; quis enim, quis nos magis alter amauit?
 Equis opem nostris rebus habere dedit?
 Hic cadit; hoc fuerat spes plurima sulca salutis
 Plurima pars iterum, quum cadit ille, cadit.
 Quisque suos patimur manes in manibus istis,
 Heu nimium pignus sustulit vna dies!
 Est ita, sed minima est, quae portio traditur vmbri,
 Quum cadis, ex animis non tamen inde cadis.
 Spiritus aethereas dignus venit hospes in auras,
 Nomen habet Pindus noster vbique TVVM.
 Restat in exemplum nobis TVA vita relictis,
 Exemplum studiis qui dedit, vsque dabit.
 Per varios vitae ducunt nos fata tumultus,
 Nascimur et morimur, puluis et umbra sumus.
 O ter felicem! TVA qui pia castra sequetur,
 Vita faustus erit, morte beatus erit.
 Viuis in aeternum nostrae decus omne iuuentae,
 Salue! malueras ne moriari mori.

ALVMNI SCHOLAE LAT.



78 M 428


Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



56.

1077

RHD



MONUMENTVM SVPREMVM
 MEMORIAE
 THEOLOGI
 PIETATE PARITER ATQVE DOCTRINA
 ADMODVM INSIGNIS
 VIRI

SVMME REVERENDI AMPLISSIMIQUE

IOHANNIS ANASTASII
 KYLINGHAVSEN

CI PASTORIS DIV MERITISSIMI
 SCHOLARCHAE SPECTATISSIMI

AGOGII REG. ET ORPHANOTR. GLAVCHENSIS
 GRAVISSIMI FIDELISSIMIQUE

QVVM

CALEND. MART. c**o** l**o** CC XXXVIII

VS BEATI VIRI

HRISTIANO RITV
 DVCRETVR

CONSECRATVM

AB

BVS PRAECEPTORIBVS ET ALVMNIS
 HOLAE LATINAE ORPHANOTROPHEL

HALAE MAGDEBVRGICAE

NIS IVSTINI GEBAVERI ACADEMIAE TYPOGR.

